



*Fig. 1.*



*p. 479.*



*Fig. 2.*



ΠΟΟ

POCVII INSCRIPTIO.

Fig. 3. p. 488.

ΛΕΥΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΤΣ

ΤΑ ΜΝΑ  
ΠΤΡΙΑΝ ΤΟΥ

71

ΤΟΠΙΣ ΤΑΙΣ

ΤΕΙΟΥ ΕΥΤΑ

72

ΣΥΦΑ ΔΙΑΒΩΖΕ

XIV. Descriptio Fœtus monstrosi sine ullo  
Sexus Signo ; *Regali Societati* communi-  
cata per *Job Baster*, Acad. Cæsar. et Reg.  
Soc. *Lond. Soc.*

Read June 28.  
1750.

QUAMVIS plurimæ sint monstrorum de-  
lineationes et descriptiones raro ta-  
men occurrunt exempla, in quibus nullæ adsint partes  
genitales : cum tamen hic casus mihi obvenit, *Regiæ  
Societati* hujus delineationes offero : (TAB. II. *Fig. 1*  
and *2.*) quem circiter septimestrem sanissîma mulier,  
tertio partu, tempore gravidationis nulla imaginatione,  
metu, aut terrore percussa, in lucem edidit.

Caput hujus infantis non, uti oportet, erat sphericæ  
figuræ, sed valde acuminatum, brachium dextrum  
bene formatum ; sinistri vero radius et ulna multo  
breviores esse videbantur.

Ne minimum partium genitalium, quibus sexu m  
distingueres, erat vestigium, nec anus, aut ejus aper-  
tura ; verum eo loco cutis, abundante pinguedine,  
quasi in gyros erat reducta, et circumvoluta.

Ex medio ventre, genitalium loco, provenit pes  
unus in unicum quasi digitum, sine ungue tamen  
finsiens.

Repetitis precibus apertio cadaveris fuit negata,  
externa delineatio concessa, quam *Regiæ Societati*  
debita reverentia offero, una cum delineationibus  
fœtus et hydrocephali, quorum historiam ante aliquot  
annos (anno 1742) *Regiæ Societati* obruli, et N<sup>o</sup>.  
466, p. 277, in *Transactionibus* legi possunt.